

KILIANVS KNECHT ABBAS IN NEVVENSTADT:



Kilianus in Frâconia anno 1530 natus est. Is cum prima rudimenta literarum percepisset, noble monasterium Neuenstatt ad Mœnum 4 milliaribus infra Vuirtzburgum peruenit, & ibidem sese monachis cōiungens, Benedictinorum ordinem assumpsit. Monasterium illud olim anno 749 à Carolo Magno fundatum erat. Cum enim ibidem stabulum sylvestre haberet, atq; aliquando iudicium exiceret, Mainardi Vicecancellarij hortatu stabulum in monasterium conuertit, & eum locum Neuenstadt appellauit, cum prius Rorlach diceret. Tum etiam Maynardus primus ibi abbas constitutus fuit. Non procul ab eo loco S. Gertrudis Caroli Magni soror monialis habitauit, & saepius ad Neuenstadt honestis puellis comitata peruenit.